

58d

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

CONCURRITE CONCURRETE INSLAM!
PHAROS VESTRA COLLATA EST

leone mosto vltu & voce conuulsi-
die lectet Minerva, in memorant-
vocans inter I secum illud & inli-
lam Margaritam Ceylon: nuptas



**INVITAMENTUM MINERVÆ
LUCTUOSUM,
Quò
Ad
EXEQUIAS
FROMANNIANAS**

Coronam Phoebei Nordhusani Scholasticam
ex humili officii debito luctuosè convocat
Lycei Nordhusani b. t. Collegium Scholasticum.

SONDERSHUSÆ,
Typis Ludovici Heinrici Schönermarckij.

ff hunc scriptis Notent
ff Vir Medicus, Praeclarissimus, Ex-
peritissimus ac Prudentissimus Dominus
Curae huius Germaniae Medicinae Doctor, in Ca-
saria Imperialis Civitate Nordhusa, Celsus
et summi Physicus Ordinarius Consultatus, Regis
et antio Medici, scilicet Christianus, Proto-
scholasticus, Visitationis, et non fedibus, Mar-
tini huius Doctissimi in Pharae honorum
tatis Emporio Aristodemum intercenti Tomis
centi die in cura Natalem Honoris, Scholasticus
Alindicum sua emittitur. Natalem huius
die huius in huius die 24 Obobr. Horti Mar-

AK





CONCURRITE, CONCURRITE INSULANI!
PHAROS VESTRA COLLAPSA EST.



Accine mœstô vultu & voce confusâ hodie terreat Minerva, in memoriam revocans, inter Lyceum isthoc, & Insulam Margariferam Ceylon, nuperius lustratam, similitudinem intercedere? Ab hac Inlula jam ad aliam Dies mentem agit luctuosus, Pharum videlicet Ægyptiis, cum Nautarum classis è maris fluctibus eluctanti, facès nocturnas in sublimi ministraret illustres. Ob tantum Lucis beneficium & ipsa Turris Pharos fuit dicta. Phrontisterium, in quo Eruditionis Opes lucramur, Pharo Insulæ, judicantis judicio si detur venia, judicamus non dissimile. Luce clarentem jactabam Pharum? Turrim navium adventui exponerebat Phariorum Insula sublimiorem? Quid Ephoria Nordhusana? Turrim, de die hæctenus vidimus lucentem, de nocte corruscantem, Rempublicam quæ illustravit: Ecclesiasticam non obfuscavit: quæ Scholasticam irradiavit. Phari hujus expetis Nomen?

EST VIR MAGNIFICUS, PRÆNOBILISSIMUS, EXPERIENTISSIMUS AC PRUDENTISSIMUS DOMINUS CUNRADUS Fromann/ MEDICINÆ DOCTOR, IN CÆSAREA IMPERIALI CIVITATE NORDHUSA CELEBRERIMUS, Physicus Ordinarius, Consul per quadraginta annos Meritissimus, Senior Gravisimus, Protoscholarcha Vigilantissimus, nec non Ædibus S. Martini Bursarius Dexterrimus. En Pharum, Honorum radiis Emporio Arctoi admodum fulgentem! Turrim certè digna, cujus Natalem Honoris Testimonia atq; Altitudinem Svada emetiatur. Natalem sibi suum vidit Anno 1616 die 24 Octobr. Horâ Martina

tinâ, Animi impigri fortè prænutiâ. Ubi? Nordhusæ.
 Soboles jam Nata agnovit Patrem Dominum Anto-
 nium Fromann/ Civem ingenuum, mercatoriæ Ne-
 gotiatorem dexteriorem: Matrem Dominam Ca-
 tharinam, perquam Reverendi Domini Johannis Lo-
 geri Aulæ, quam novimus Lohram, olim Hohnstei-
 nianam Concionatoris Aulici: Postea Pastoris Elri-
 centis Filiam. Avum Paternum Dominum Johan-
 nem Fromann/ Prædii Liberi Possessorem honestiorem,
 Hamelæ viciniorem. Cujus Genitricis Honorandæ &
 Pater & Avus & Proavus in Vineâ Christi operati non
 sine palma ad tumulum beatè delati sunt. Aure vitali
 jam datus in Sacro Baptismatis Fonte fuit baptizatus
 Libroq; Credulæ Gentis initiatus. Sacro cujus La-
 vacro Susceptor adstitisse legitur Plurimum Reveren-
 dus Dominus Pædopater, ad D. Nicolai Primarius &
 Pastor ibidem Meritorum notis Clarissimus. Qui Fili-
 olus, maternò Lacte enutritus, profida Parentum
 Cura, è serperaltro cùm extraheretur atq; sine Geru-
 la esse occiperet, domesticæ Pædagogicæ operam Pie-
 tatisq; Salgama cupidiùs imbibere non abhorruit. Ad
 nostrum Asceterium deductus in floridæ Pueritiæ
 consortio se non fungo putido, sed flori floridè flo-
 renti exhibuit similem, tantumq; minervâ non invi-
 dâ nec invitâ, sub Discipulatu effecit, ut, Annorum
 factus duodecim Lectioni Superioris Classis idone-
 us à Beato domino m. Andrea Bachmann/ sive Rivi-
 no, ad Primanorum eveheretur subsellia. Hic carce-
 re Adolescenti, qui clariùs inter concertantes decur-
 rere flagrabat, referatò, ab aliis noluit multis parasan-
 gis superari. Cujus Studii spatìo non segniter decur-
 sò, Annus Christi cùm notaretur 1630, è Pædevterio
 Nordhusano ad Brunsvicensium martinianam deve-
 ctus est scholam: Hic verò ut ad novum felicitatis lit-
 tus appelleretur, noviq; Patrocini Umbone obtegere-
 tur, Littoris Bachmannianis commendatus, ceu gra-
 tis Favoniis abierat instructus: Littoris perscriptis

tantum fuerat ponderis, ut Dominus Sagittarius, [cujus Dominum Filium d. Casparum Sagittarium, Jena plusculos ante annos vidit Historiarum Professore insignem,] Rector fronte sereniore Novitium reciperet: Qui receptus non latuit in murcia angulo, sed per quadrennium in strenuo Certamine decertavit strenue. Quò decertatò, cum Annò 1634 Schola Cœnobii Ilfeldensis, monachis expulsis, sibi videret portas apertas, strenuus hic studiorum Sectator domini Parentis monitò instituit lembum, eò ut, Brunsvigâ relicta, curreret. Cujus Cœnobii Sanctè repurgati Rector novus M. **Wacker** Vir & morum & doctrinarum jubare coruscus, novum minervæ Nautam appulsum discipulorum Albo inseruit: insertum sic formavit, ut, Annò cum semestris spatio elapsò, ad Salanam Jenensium academiam mense Juniò Annò 1636, honestè dimitteretur, egregiis Doctrinæ mercibus onustus. Huc felici fidere adductus quasi è specula, ad quod in Academia Studium animum applicaret, stare videbatur: Paternæ voluntatis, quæ Studium Theologicum hæcenus desideraverat, non immemor. Facultatis superioris navem antequam ingrederetur, Philosophiæ Cymbam subire maluit, debuit: Quare insignes Philosophiæ audiit Phœnices: Inclutum Johannem Michælem Dilherrum, Slevogtium, Zeifoldum, aliosq; unò plures audire studuit. movit & salivam, ut Doct. Johannis Gerhards, D. Himmeli delictis pansophicis se fatiaret. His philosophis, vel Thalete Sapientioribus, cum aures assiduè præbuisset vacivas, Artem medicam, Consiliò Voluntateq; paternâ firmatus, sibi elegit *ἀρετῆς* excolendam: Ne verò in medicorum postea constitutus Choro infelix, qui plures corpore ægros ad morbum, quàm ad valitudinem revocaret, culparetur Arcesias, sibi Experimentiæ Cymbala elegit audienda: Hinc Virum, Fama affatim decantatum Brendelium: hinc insignem Schlegelium: hinc stupendum Rolfinckium, vultu

seve-

severum, mente sincerum, adiit. A quorum Vi-
rum Cathedris prius discedere noluit, quam Æræ
Christianæ annus 1639 elucesceret. Salanò Artium
Pontò relicto, naveq; Eruditionis politioris Opibus
benè expletâ, consultum videbatur, ut Annò 1640 Ju-
lianum Studiorum Emporium peteret. Quicquid
Petentis Oculi Jenæ desideraverant: Quicquid ad-
ventantis aures apud Salanas expetierant, id omne
sub Horizonte novo ad animi votum offerebatur. In-
signis Polyhistoris Conringii vocem, Illustris Tappii
Doctrinam, Clarissimi Horneji Oracula ad satietatem
se excepisse, ipsa Viri in Luctu Laudandi docent *MS.
ygaPa.* Et largius & longius ex hoc fonte Agnippe bi-
bisset: Ast, Gradivò furiente, sumtuúm; inopia ur-
gente, patrios Lares ut reviferet, svadebat conditio.
Patriis redditus mœnibus in Musarum sacello maxi-
mè vixit negotiosus. Paucos per annos domi paternæ
commoratus tandem Dominum Parentem, Senec-
tute morboq; gravem, expertus est emortuum.
Parentis auxiliò Matrisq;, quam annus 1626 è vivis
abstulerat, adminiculò destitutus, Argentoratum ab-
irè decrevit Studium medicum plenius exculturus.
Eò ut ne sine cortice nataret, h. e. Opibus Literariis
vacuus discederet, pro peculii modulò itineri se accin-
xit: Ipse autem quò esset accinctior, **MAGNIFICA**
NORDHUSII CURIA Viatorem Liberali maectavit Sti-
pendiò. Hâc Studiorum Supellectile instructus, An-
no 1647, Autumnò ingruente, Argentoratum, quam
Studiorum spes affectaverat, felici fidere devenit.
Quo in literarum Emporio Celeberrimo cum Musas
offenderet Illustres, per annum, adjectò Semestri, In-
signes audit viros, in medicorum Cathedris Emi-
nentes, Dominos Selizios, Saltzmannos, D. Schmi-
dium, D. Dorfscheum, è quorum labiis exquisitæ E-
ruditionis liquor ad Audientem defluxit, nullò un-
quam Nectare permutandus. Quâ Academicâ salu-
te circumfusus D. Danhaueri, qui meritò stet aureus

in Theologorum Sacrañs gratiam non sine fato sibi
præsentit affundendam. Impensus cujus erga Adve-
nam, favor quasi aura extitit admodum secunda, ut
datis ad Dominum D. Heilbrunner / Superintenden-
tem Literis non Uriæ, sed mentis piæ, ad Academiam
Helvetiorum Basileam pedem promoveret. Quò de-
latus Salutis clarioris Fontem, cum D. Heilbrunner latâ
Commendatum intueretur fronte, sibi vidit aper-
tum: Ne de Fontis dubites, Lector, apertura, aper-
tura, audire deceret Veritatis Oracula, certa Testimo-
nia. Lenior isthic Heilbrunneri gratia id effecit, ut e-
jus Auctoritate ac Gravitate Serenissimi Ducis ac Do-
mini, Domini Friederici, Marggravii de Baden &
Hochberg / &c. Clementia, ceu nova bonæ fortis Scin-
tilla, gliscere occiperet: Quid Scintilla? In flammam
vidisses surrexisse scintillam: Nam Serenissimi Ducis
^{Evoca,} Duce bono bene digna, multorum rogatu in
Marggraviatu Hochberg / Comitatuq; Saufenberg, u-
traq; simul Dynastia Röteln & Badenweiler Medicum
Provincialem præstituerat Virum humiliter comen-
datum. Jubar hocce nostrum Nordhusanum cum
tantum Splendoris in Helvetia lucraretur, Basileam
non vidit fortunæ invidam tantæ felicitatis Candida-
tus. In Honori Templo Basileensi Honor, veræ vir-
tutis pedissequa surgere dictabatur: Candidatus ad
purpuram vocabatur: Qui vocatus, eximiaq; in Ex-
perientia eximie probatus, die 25 Maji Anno 1652, cum
doctorem Civitas lætius applauderet, Tiarâ Doctorali
splendide fuit redimitus; Nec sola Purpurea Tiara, sed
dignitas alia aliis rara, simul fuit Fronti digniori colla-
ta: Nam Promotionis Brabevta D. Med. Stupenus,
Collegii medici suffragio novum doctorem dignum
proclamavit, qui Collegio laudato adesset Assessor
gravior. Salutis, quæ in Marggraviatu fuerat exorta,
recitavimus Catalogum omnem? Accesit & Con-
nubialis felicitas, quæ Pronuba animum allexit, ut, Fa-
tis annuentibus, Fronti, diademate doctorali exorna-
ta,

ta, Virgo sifteretur Maria Magdalena de Mühlheim,
Generosi Hans Christoph de Mühlheim & Dominae
Margaretæ de Rathsamshausen ad Steinum Filia, &
Sanguine, & Virtute nobilis, quam sibi Sponsam die
24 Octobr. Anni 1653. Sponsus ipso suo Natali redu-
cto, Brizingæ in Dynastia Badensweiler vinculo matri-
moniali lautioribus in Nuptiis associavit honestissime.
Honore itaq; ac Amore conjugali alio sub Sole exorto,
peregrinam sibi Terram, in qua vitam confumeret,
Sponsus finxerat Coloniam. Ast! DEi, homo quod
proponit, disponere est proprium. Dispositioni Divi-
næ inserviebat Patria Nordhusæ, quæ, cum D. Gerstmann
Physicus, à Physici munere liberè se hic locorum libe-
rasset, Anno 1655 die 1. maji Senatus Nordhusæ Præno-
bilissimus in Resignantis locum unâ Voluntate decre-
verat, ut, Literis petitoriis ad Serenissimum Domi-
num, Dominum Marggravium de Baden &c. trans-
missis, peregrinæ Terræ Colonus in Patriam revoca-
retur in Resignantis locum surrogandus. Fatis sic
jubentibus quis resistat? Serenissimâ Fronte non in-
dignante, nec Fortunâ adversante, dimissio ad patrios
Fines impetrata fuit placidissima. Quâ susceptâ, Abi-
turus viam expertus non invisam: Nam 1. maji Anni
1655, feliciter confectô itinere, cum Conjuge sua no-
bilissima Nordhusio adductus ab Amicorum Corona
non sine lætitia, nec sine votis excipitur. Adducto no-
bilius, quô Physicus fungeretur, munus, Invidiâ quo-
rundam tacitè fremente, commissum fuit propediem.
Annô 1666 Festô Epiphaniæ inopinatô Falces Consu-
lares, Theone non absente, domini doctoris Physici
humeris fuerant impositi. Sellæ Curiali insidens,
mensæq; domesticæ assidens crebrius parum mellis,
abundantiam rancoris, ab invidia pedissequa, infu-
sum mente sæpius imbibit: Solatio tamen refectus de
vulgato: Virtutis bonæ Fortunæq; comitem Invidiam
esse individuum: Ipse tamen sub molestiæ onere pres-
sus, Palmæ, à mole pressæ, studuit esse similis: Quô gra-
vius

vius opprimebatur, eo animosius ad officii auram erigebatur. Fasci-
um difficultatem, quam foris in foro gestabat, domi Connubialis Con-
cordia dulciter mitigabat: Non etenim *κακοχαρτος* Eris, sed fincior
Eros vinculum constrinxerat, tantâ fide, tantâq; dexteritate, ut in
duobus, ceu Socrates dixerat, corporibus una adesset anima.

Annos ter denos, quos Conjux illa Marito

Vixerat, hos tantum censuit esse dies.

Nihil marito erat dulcius, nihil amabilius, quam, ut cum Marita lecta vitam con-
sumeret longiorem: Verum, Fatis vocantibus, quam Brizinga olim dederat Spon-
sam vivaciorem, hanc Annò Christi 1683 die 3. Oâobr. hora Vespertina in Loco
conspexit sub maximi doloris nebula pallidiorem. Etsi quidem in dilaudato Matrimo-
nii consortio non numerata fuit Πολυτεκνια, quâ Prosapia Fromanniana se dila-
tasset in Orbe amplius: In Ατεκνια tamen, quam DEUS non invidit, Ipse non erat
εὐτεκνος: Filiorum Nepotumq; loco oculis lætioribus adspexit Liberos confangui-
neos, numero plures: Manibus largioribus pavit non tenaciter. Liberorum dese-
ctum restituit fama, Merita quam pepererunt, Fromanniana. Hic Uranie, hic A-
stræa, hic Hygea, hic mira Beneficentia, aliaq; Boni Viatoris Pedisequa: confue-
rent ad Statuas in Templo, Foro, Musarum Choro, alibiq; erigendas. Impensum,
in Christi merito positum ardorem, attelata est pueritia aliaq; usq; ad Senectutem
grandiorem secute ætates. Calculum adjicit Beati Symbolum: Psalm. 37. *Commen-
da Domino vias tuas, ac spera, benefaciet.* Non dissonat omnis ejus Meditatio & diu-
turna operatio, omnis itio, omnis statio, ac deniq; festio. Pharos illa hæcenus No-
stra extabat in Evlebie aree, in Themidos observatorio, in Hygeæ Provincia,
Phœbeæq; nostræ insula. O felices Insulæ Incolas, quorum Lembi literarii, hæc
lucente Pharo, in litore hoc Phœbeo clementer admisi & sustentati fuerunt! O si
hancce Deus Pharum, cujus ætas nonagesimum [quam rarum!] vidit annum, Insu-
læ imprimis nostræ Scholasticæ diutius reservasset, vegetæ valetudinis jubare co-
ruscantem! Ah, eheu!

CONCURRITE, CONCURRITE, INSULANI! PHAROS VESTRA COLLAPSA EST.

Siccine querentum querela imitari videtur Metellum [vide Val. Max. l.
IV. Cap. 1.] qui, cum Scipionem Africanum audisset interentum proclamari, in pu-
blicum se proripuit, mæstiq; vultu & voce confusa: *Concurrite, concurrite*, inquit,
Cives, mens nostra urbis eversa sunt. Nam dies 21. April. aperuit nobis Tristitia Nova,
annuncians, horâ matutinâ post medium noctis secundâ, Annò isthòc Christianò
Pharum cecidistis, faciesq; immensæ bonitatis in litore nostro extinxisse. Collapsæ
Phari rudera; hoc est, reliqua cum corpore relique viscera, ut post mortem beati-
orem mæstò Lugentium Actû in Terra Uranies Sancta, ad D. Nicolai vocata, luctu-
osè per curas largasq; operas horâ hodiè secundâ pomeridianâ honestius, magnâ
Comitantium Catervâ spectatâ, recondantur, aget Splendidissima jam LuGuosissi-
ma Familia Fromanniana. O si ad hancce Pharon honestissimè recondendam om-
ne Præceptorum Collegium admitteret Hygea! De Phari casu hocce fortè terri-
tos ad ægritudinis præcipitium aliis delapso fuisse, faciliè angureris. Attamen
mecum mens & Absentium & Præsentium Synergetarum unâ serio per chartas has
luctuosas expetit & mandat, ut univerfa *Astererii* hujus *Nordhusani Corona Studiosa* ad
Magna Phari Honores, in terra ultimos, dolenter & frequenter confluat.

*Datum in Civitate Casarea Libera Imperiali,
Nordbusa, die 30. Aprilis, Annò Æra
Christiana 1706.*

M. Conradus Duncfelberg/
Lycei Nordhusani h. c. Rector,

&
Collegæ septem ceteri.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.


1077

R.40



PHAROS VESTRA COLLATA EST.
CONCURRITE, CONCURRITE IN SUAM!

die tenet Minerva, in memoria
vocans inter se cum illis, & in
suis Magisterium Cydon, nuptis
Polymachum, inquit, inter-



MENTUM MINERVÆ UCTUOSUM, Quo Ad EXEQUIAS IANNIANAS

Phoebei Nordhusani Scholasticam
in simili officii debito lu&tuose convocat
Nordhusani b. e. Collegium Scholasticum.

SONDERSHUSÆ,
Ludovici Heinrici Schönermarckii.

PERIENTISSIMUS AC FRUDEM
CURATUS GYMNASII MEDICI
SARAE IMPERIALI CIVITATE
RUMS. PHYSICUS ORDINATUS
et annos Mentis, Scholasticus
Scholasticus Vigilantissimus
tini huiusmodi Deservimus. F
tatis Emporio Anfo admodu
certe digni, cuius Natam Ho
Alimentum vada emittunt.

AK